

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

**Omeis, Magnus Daniel
Norimbergae, 1699**

48. Goliadvs

urn:nbn:de:bsz:31-105410

48. *GOLIADVS.*

Goliadus Gethæus, viribus & va-
stitate corporis confidens, nec visu
facilis, nec dictu affabilis ulli. Exer-
citum Israëliticum omnem, præ suo
robore & mole contemnit, & ex eo
provocat fortissimum qvemque,
mane & vesperi, dies rotos quadra-
ginta. Ad ejus conspectum trepi-
darunt universi, nec audebat qvis-
qvam, etiam præmiis amplissimis
invitatus, cum eo congregari. Mis-
sus in castra David, ejus in Deum
maledicta impia non fert, & regio
permissu certamen cum eo singula-
re suscipit. Itaque tiro adolescens,
accedens ad virum militarem, ad ar-
matum hasta & clypeo, instructus
funda & lapillis, cum risu & convitio
excipitur: sed nomine Dei sui invo-
cato, David primo iictu cassidem æ-
neam perrumpit, & frontem parvo
lapil-

lapilla
obtru
derrah
tur Je
in sac
David
truncu
agro.

49.

Abr
reni fi
la an
Prop
patria
alios,
tris co
a patr
cum t
villam
Eis ta
sed m
scetus

lapillo dividit, & gladio proprio
obtruncat, & spolia opima corpori
detrahit. Caput Goliadi suspendi-
tur Jerosolymis, gladius deponitur
in sacrario Nobensi, arma affigit
David in suo tabernaculo, corpus
truncum alitibus & bestiis abjicit in
agro.

49. *ABSOLO N.*

Absolon ex Maacha, Regis Gessu-
reni filia, tertius filius Davidis, nul-
la animi corporisqve dote caruit.
Propter fratrem imperfectum, extra
patriam degit annos tres: & duos
altos, etiam si revocatus esset, in pa-
tris conspectum non venit. Gratiam
a patre impetrat per Joabum, qui
cum tardius ageret negotium, ejus
villam segetesqve incendit. Tradu-
ctis tandem ad se non solum vulgi,
sed multorum optimatum animis,
exctus factiosos agitat, bellum susci-

g 3

tat,

• •